

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Fictū igitur a Luthero, mendaciorū architecto, esse arbitror te quicquid tale ab eo flagitasse : Atque ideo fictū : quo cōmodius in suum te lutum, lutulentus ille pertraheret, ac noui cōplicitis accessione, res suas stabiliret.

Hic & Lucianica hæc μεταμορφωσις, qua te palpo iste ex patrocho facit Episcopum : etiam sanctum, si dijs placet.

Accedit magnifica & tota Paulina illa saluatio, quæ pacem ac gratiā Christi, verbis quidem pre se fert, re autem inanis est & vacua. Si quidem extra Ecclesiæ caueam (e qua psittacus iste cum suo χαίρει dudū est eiectus) nec salus, nec gratia, nec pax Christi vera esse possit.

Vide igitur Nicolae charissime, quanto artificio, vel in primo limine, te Lucifer iste aggreditur. Quamque toto hoc exordio aliud nihil agit : quæ ut inani te gloria, & magnificis his titulis inescatū in suum trahat conubernium. Quatenus ad Aquilonem usque cum eo ascendens (iuxta Euangelicum hoc παραδωξον, Omnis qui se exaltat humiliabitur) ad imitandem cum ipso etiam precipiteris.

Tu vero si sapias : ut olim sapiebas, primū hunc callidū serpentis impetum, facile franges. Si cum Christo dicas, Vade retro Sathana. Et cum Ioanne ipse tecum habitans, ingenue illi respondeas. Nō sum ego Christus. Hoc est. Nō sum ego Episcopus : sacerue Ierarcha : sed secūdi ordinis presbyter curatus, ab Episcopo initiatus, & in partem soliciudinis ab eodem ascitus. Hæc enim palam ac libere cum Ioanne fatendo, cum Ioanne pariter a domino audies. Quid existis in deserto videre arundinem vento agitatum.

Sin te episcopales isti tituli adeo titillant & oblectant, ut Lutheranus episcopus, quæ catholicus sacerdos esse malis, & deserto antiquissimo ecclesiæ ritu, in nouam hanc missandi formā cōspirādū duxeris. Id saltem veteris amicitie iure mihi donabis, ut, utrisque existentibus amicis, utrumque prius audias de missa differente. Iam enim cum Lutero hac de re manus conferam, & diuino fretus auxilio, Missam nostram veterem, ab omni prorsus iniuria vindicabo. Tu interim spe